

Max. Tyr.

Sicut pax homines, inter fulvosque leones  
Non est fida; lupis neque pax est mollibus agnis;

Sicut in  
perfidiam  
ambitio ac  
livor.

Ita etiam ad conciliandum hominem homini, facilis nequaquam est ductus, donec oculus  
in utilitatem feratur. Hic caspitat amicitia. Ambitio ingrata est: ait Senec. *Epist.* 73. Ho-  
nor fratris obcecat. Hic etiam lapis erranti. Livore pectus tabescit. Numquam ni fami-  
liaritate amici: sese quarunt, nec alios inveniunt, quarentes se.

Plaut.  
Fini, par-  
citas utili-  
tatis.

Longè aliter est amicus, atque amator.  
Accinit Plaut. in *Trucul.* Act. 1. scen. 2. v. 70. Amator sese ambit in commodum, amicus  
præ fide amicum. Fraus in amico non cadit, individuum comes amatoris. Ubi non est  
quod amet, amor fugit: verum si commodum odoratur ex calumnia; recipit fratrem fal-  
laciâ, ut utilis sit perfidia. *Osculando uliscar potissimum:* dicit idem in *Asinar.* Act. 5. 2.  
v. 53. Dumtaxat perfidia ingenium ministrum doli quibat eligere osculum. *Antigonus fasci-  
ciato Phaselo; summisis medicis, pro remedio venenum in vulnus misit:* ait Ioseph. 14.  
*Antig.* cap. 25. Hoccine subsidium fratris? Ne taceas, ne compescaris Deus. Ita queritur  
dolis, qui observandus frater in multitudine pacis? *Fœdera, ut innuit Lucan. d. lib. 3. v. 327.*  
non in supplantationes,

Plaut.  
Antigoni  
larvata cru-  
delitas.

Ioseph.

Lucan.

Telaque diversi prohibebunt spargere fratres.  
Larvata pax supplantatio est; nequis supergrediatur, & circumveniat in negotio fratrem  
suum. Opportunè Calphurn. *Ecolg.* 1. à v. 52.

Calphurn.  
Que pax  
verat

Omnia tartareo subigantur carcere bella.  
Candida pax aderit, nec solum candida vultu,  
Qualis sepe fuit, que libera Marte professo  
Qua demito procul basse, tamen grassantibus armis,  
Publica diffudit, tacito discordia ferro.  
Omne procul vitium simulata cedere pacis  
Iussit, & insanos clementia condidit enses.  
Plena quies aderit.

Personæ.

36 En pax bona, exclusa supplantationis perfidia. *Omnis frater supplantans supplan-  
tabit.* Versiones in expositione sparæ sunt, verum iuxta methodum apponam. Hebr.  
*Omnino, planè supplantat.* Syr. *Supplantando sapplantat.* Chald. *Insidiano supplantat.*  
Arab. *Insidiose supplantat calcaneum.* Maluend. *Calcaneare calcaneabit.* Hieronym. *Sup-  
plantatione supplantabit.* Casto. *Uli care supplantare.* Denique Gaspar Sanct. *Frater fra-  
tri molietur insidias.* Aliquid ergo dicendum ad mores, quippe pax multa diligentibus  
legem.

Epilog.  
Anacurf.

1 **S**upplantans supplantabit. Quis? Mun-  
dus describitur, qui nonnumquam  
insidiator, & tanta subtilitate, quod sup-  
plantet etiam fide. Permanet circum-  
ventio, quousque doli sit cognitio:  
quousque vafritiem ostendat: meditan-  
terque dicitur: *Supplantatione supplan-  
tat;* quippe si mundus à despicente co-  
gnoscitur, ipsa supplantatione in ludi-  
brium supplantatur.  
2 **S**upplantans supplantabit. Idest, astu de-  
cipiet, structa supplantatione, ut virtus  
eluceat etiam in latente veritate: sup-  
plantationemque in supplantatione Pro-  
pheta designat; quia mendacium veri-  
tatis absque ulla supplantatione supplan-  
tat.  
3 **S**upplantans supplantabit diabolus, hu-  
manum fragile genus: ita ut Numem ami-  
cum non videret, quia crimen nubem  
opposit: sed ille supplantans sine sup-  
plantatione supplantatus; ubi ingenio

charitatis divinum Numen est usus: cui-  
us amor in hominem ita pectoris valide  
excitavit flammam; ut vel absentis de-  
monstraret in dilectionem presentiam.  
4 **S**upplantans supplantabit delicijs, ut ce-  
dant, tyrannus vaser, fideles. Laurentius  
propter pectoris invincibilem virtu-  
tem, supplantavit tyrannum supplantato-  
rem: etenim tot peritum illecebrarum  
atque terroris insidijs; flectere nonquam  
valuit nec delicijs, nec tormentis.  
5 **S**upplantans supplantabit. Notatur cor-  
dis perfidia, ubi ad speciem simulatur  
concordia: equidem maior in perniciem  
sensibilis supplantatio, sub amicitia spe-  
ciosissimo titulo.  
6 **S**upplantans supplantabit. An dolus sine  
umbra supplantationis? Insidix notan-  
tur Veneris; quæ lactans fallit, atque de-  
licijs seducit: igitur sub risu deceptus  
invenit fraudem; ubi numquam, qui de-  
ceptus, cogitat supplantationem.

DI-

DIDASCALIA PRIMA.

Qui mundo crucifixi, crucifiguntur à mundo.

1

**O**rdo crucifixionis est vertere  
terga cruci, & clavis mimine  
posse moveri: tuncque qui mundo crucifi-  
guntur, rectè vivit crucifixus; ubi ad mun-  
dum neque motus. Unde anima sancta  
apud Hæften. in *Regia Cruciviva*, lib. 2. cap.  
19. canit:

Hæften.

*Crux mihi mîdus, ego crux illi: mortua vivo.*  
Si libera corda, non fat vertere terga: adin-  
star cadaveris in veram crucifixionem; nec  
motus quidem. Mutus debet esse articula-  
lus; ut asserit Paulus: *Mibi mundus cruci-  
fixus est & ego mundo.* Scrutemur. Qui ali-  
quem crucifigit, faciem ostendit: Paulusque  
non se dicit crucifixum à mundo, sed mun-  
do esse crucifixum; ut ostenderet rædium:  
equidem eius cognoscens vafritiem, dedi-  
gnatur fallentis videre faciem. Non ausus  
crucifigere Paulum, dum iam vidit crucifi-  
xum: alioque exotos crucifigit, & aliquan-  
do prævalet: equidem cum illicium suave,  
delectabilium specie, & malimine cor-  
ruent, si modò viderint:

Galat. 6  
14.  
Mandus  
nocet  
etiam vi-  
sui.

Iacob.  
Bill. An  
tolog.  
17.  
Doro.

*Ut sua vesino membra labore premat,  
Nos videmur quidem (ait Dorotheus, quæst.  
3.) nobis ipsis, mundum crucifixi esse; quia  
reliquimus eum & ad Monasterium dîver-  
timus. At nolimus nos mundo crucifigere.  
Adhuc enim in animo nostro vigent illius  
blanditiæ: adhuc eius affectum in nobis ab-  
scindimus, compatimur illius gloria, compa-  
timur delicijs & voluptatibus, compatimur  
ornamentis & vestibus; & ob inanes res de-  
labimur plerumque in pristinas cordis passio-  
nes: quod sanè non nisi ex amentia provenit.*  
Monachi (quia insanus, mundo crucifixi)  
relinquerunt mandum; sed illos vult cruci-  
figere, quoniam ipsum relinquerunt: & spe-  
rat modò viderint pompam, quamvis vanif-  
simam; redituros ad insaniam: etenim mi-  
nime crucifixi vertere terga ad apparen-  
tem dulcedinem: modò vel per incuriam  
saltem converterint faciem: *Inter peritura  
votimus (inquit Senec. Epist. 91.) moriemur.*  
Perit Mundus & perire desiderat cuncta se-  
cum. Agnoscamus periculum: & dum videri  
cupit eiusmodi basilicis; nec respicere di-  
gnumur, ne pereamus.

Senec.

Greg.  
Magu.

2 Egregie renunciationis imitanda  
perfectio elucet in Benedicto. *Recessit ne-  
scius.* Mundum, ut perfectè recederet, nec  
*Tom. VIII. Taut.*

cognovit. An quia Sol? Prædicat ex radijs  
lux.  
*Candidus in summo est, melior natura quod  
ill'e  
& Atheris est, terræque procul, contagia fugit.*  
In mundo erat, & mundus cognovit eum, sed il-  
lum Benedictus non cognovit, nec vidit fa-  
ciem. *Eum quem quæsi in ingressu manâ  
posuerat, retraxit pedem:* ait Gregor. Magn.  
Præfat. in 2. *Dialogor.* Sic Benedictus, quem  
non cognoverat cognitus mundum fugit,  
atque recessit despexit. Quid est sic? Non  
respexit, ut despiceret. Ut perfectè despice-  
ret, nec respexit: ne vanitatem mundum  
posideret aliquando; quod vel in despe-  
ctum; videretur interdum à Benedicto.  
Dum proterit, *semita in pedibus eius non  
apparebit.* Nescius recedit, quippe oblivio-  
nis eius oblitus; nec memoria recordatus;  
& semita vel dum caleat, non apparet, dum  
mundum despicit; quoniam ne aspicere  
posset faciem, in despectum etiam reliquit  
renunciationem. Ubi intervenit renuncia-  
tio; videtur derelictum; abdicatum, di-  
gnum pretio. Pedemque Benedictus retra-  
hit, quem quasi in mundi despectu in po-  
suit; ne appateret ulla semita, in caleationis  
memoria: etenim ita sequentem despexit  
mundum; ut nec despectus appareret velli-  
gium. Appositè quod dicitur à Paulo. *Crucif-  
ixus erat mundo.* Quid est in cruce, non  
potest calcare terram: crucique affixus  
obijcitur Benedictus, in mundi speriti me-  
moriâ; quippe ut perfectè calcaret; nec  
calcavit, quem etiam in despectum nec co-  
gnovit. Egregium, mundum despiciere; sed  
optimùm non cognoscere, & atque ipsi mun-  
do crucifixum esse, in renunciationis glori-  
am: quæ de causa Ezechiel ponitur *inter  
caelum & terram.* Non in terra spiritus col-  
locat: quamvis, ut pedibus terat. Eminebat  
mundo crucifixus, ut clarius eius rutilaret  
despectus: igitur elevatur ut sub pedibus  
terram constituit, sed non ut tangat; quip-  
pe perfectio ad despectum, ut posset oculum  
ascendere, non posse terram calcare. Non  
fecit Benedictus, quin cognosceret, mun-  
dum ridentem despexit.

Ovid.  
15. Met.  
fab. 3.

In quo  
Benedic-  
ti mundi  
berica  
renunciâ  
tiet

II. 4. 11

Ubi sup?

Nic mun-  
dum cog-  
novit.

Ezech. 8  
3.

*Terræque procul contagia fugit.*  
3 **Tigranes** (ait Alexand. Neapol. lib. 1.)  
Re cap.



ut stella Salvatoris, propter signum excellentis charitatis: igitur insignis charitatis magnitudo, thronum relinquere quem habebat in celo. Ducendo errantes, habebat motum contrarium, motu ab exordio in constitutione siderum; quin splendor periret, imò in officio novo magis fulgeret, quandoquidem charitatis eximie nobile decus; quod ut duceret errantes, reprimeret primos motus: simulque relinqueret cœli solium, ut in mundo habitantes perduceret usque in cœlum. In celo erat, & sedebat splendida celo, ut super terram lucret. De habitaculo cœlesti in lucem errantium, nutu Nominis exivit; docens intra claustra inclusos, quando in sæculo capessere debent exitus: equidem dum exeunt, congruit exire; ut in sæculo errantes respiciant ab errore, & incendio charitatis, in veram lucem valeant revocare præcipites. Quicquid & eximio splendore sedent in claustro, quasi sidera in celo. Sui ibi sunt in honore, sed aliorum debent esse ex charitate quæ ut sua, & magis quam sua, intensa flammâ, aliena arbitrantur commoda; quoniam in honorem Dei, non querunt quæ sua sunt: equidem cum secessu atque quiete amor nil proficiat, & cœlum relinquens, devius in cœlestia ducat; propter honorem proximorum & salutem, proprium ex throno cœlesti debent relinquere honorem.

Uterius. In Monasterio quasi in celo gloria gratia Dei fruuntur: ut Deum invenirent ibi sponte recesserunt, immemores sæculi, atque memores sui. Exibunt inde? Sane propter eos, qui in mundo sunt, ut mundi non sint, & trahantur ad Nomen, qui technis sæculi diligunt vanitatem: tuncque uti stella Magorum Dei extra Monasterium sunt; quia gloriam claustrum relinquunt ad maiorem gloriam Dei. Ni stella oriretur Magis, permaneret mundi illecebris in obsecratione erroris, nec revertentur ad derelictum Nomen, quia sæculi idola tenebris spelierant naturalem cognitionem. Uti stella exorta, Deo addicti debent exire extra Monasteria, amore proximi, ne perant in sæculo idolorum cæcitate, qui sine mente errantes, seducti à Dæmone vivunt, & sine corde vagantur: tuncque è claustris Monachi exeunt; quia tantum congruit exire, Nominis deficienti cognitione, ut peccatores convertantur ad cor, & relicti idolis, requirant amissum Deum. Stella fulgore in tenebris cæcitatibus apparuit, Magos in itinere duxit, perduxit, quousque flamma amoris, quem quærebant, invenit. Gaudium utique per itellam plenum: verum de

Gloriam retinquant, ad unum glo riam Dei.

stella quid factum? In cisterna Bethlehem fuisse sepultam, asserunt nonnulli, loc. cit. Elucet Monachorum conatus, & ex Monasterijs exitus: sepulti in eis vivunt, exeunt ad sæculum in proximi commodum; ut peccatores illuminent, ut ab erroribus revocent: Deique dicuntur stellæ, etiam in recessu deficiente fulgore; quippequam si ob ministerium è claustris sepulchro in sæculum exeunt, completo ministerio, iterum intra claustra sepeliuntur. Alijs ibidem placet, rediisse stellam in cœlum, ut occuparet desertum propter Magos conaturalæ solium.

Lustrata habitacula monstrat.

En in articulo præsent Monachorum exercitium, dum compelluntur in exitum, imitantes cursum stellæ Magorum. In claustro quasi in celo sunt, ubi illorum fulgent virtutes, quasi stellæ in perpetua æternitate. In ministerium mittuntur. Iussu Superioris exeunt, ut videantur in plateis, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: stellæque Dei vocantur, implentes & postquam ministerium impleverunt; quoniam in sæculo functi munere, revertuntur statim ac cœlum claustrum.

De stellis inquitur, an per se moveantur? Ad Tom. 7. T. 8. à n. 83. Si stella dicitur ab stando, proprio sane carent motu: si moventur, moventur ab Angelo: & dum moventur in orbem sine dubio in cœlis sunt; quippe motæ non habent motum à se. Starent stellæ manentes in ordine suo, ni impellerentur ab Angelo. Moventur, in orbem circumaguntur. Sic exitus Monachorum, qui felices in cursu, quoniam moventur à Deo. Ita fulgent & illuminant: exitus acta probant. In dilectores sæculi fulminum dirigitur scopus. De celo dimicatum est contra eos. Stelle manentes in ordine & cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt. Elucet prodigium charitatis, & in sæculi pravitate à sæculo mirabilis abstractionis. Vel in cursu datur ordo: bellum à Monachis inferitur mundo: equidem cum corda in claustro sedeant, quamvis ad exitum Præsidis præcepta moveant; cursu miro sunt in sæculo, quasi stellæ manentes in ordine suo. Exeuntes è claustris in sæculo manent: verum cum ordine quasi non existissent. Sunt in sæculo, ut sunt in claustris. Uti stellæ, moventur fixi: quin motus expellat quietem; quippe in cursu servant ordinem. Immoti moventur. Intelligitur David, clamans in Deum: *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Quid hoc signare in contradictione, ubi stella-

Cue conseritur stella Magora

Iuenc. 1. v. 27

Iacob. Bill. d.

Frenum subditis profectiois Præsidis.

Bernar.

4. Reg. 6. 3.

Monachus, dum compellitur exire cogit reverti.

Iudic. 5. 20.

Quo motu in moventur, ut sine motu moventur.

Pl. 16 f

tum

rum rationalium mens, Si in vestigijs non est motus, unde gressus? Gressus sine motu? Indicatur in cursu gressus perfectio. Ordo Monachi est intra septa contineri: ad sæculum exire. Superius moventur, egrediuntur, sed vestigia in mundo moventur; quippe habentes etiam in mundo vestigia, minime recedunt ab instituti observantia: procedunt perfectis gressibus, vel dum secum habet mundus: etenim ordine servato, in insidiam manum, secum portant observantia perfectionem; ita ut in cursu erga sæculum, in eorum cordibus cognoscatur nec vestigium. Sicine uti stella, moventur immoti. Illos igitur exploret,

Qui cœlum varios cœlique volubilis orbes, Et vaga cum fixis sidera nosse cupit.

In idiotismo Hebræo, huiusmodi motus fixi ac immobilis imago. Segregatus à sæculi fragore vivebat Eliseus, cum a deserto per discipulos extractus. Solicitabant exire inde, & nova ædificatione: secumque Superiore simul ducere conantur, ut simul ædificarentur: etenim nihil extra claustra erit subditis discriminis, si habuerint Superiore coram oculis. Unde Bernard. in Cantico, ferm. 77. n. 6. *Qui mittit (inquit) oves in pascua absque custode: pastor est non ovium sed luporum. Sine duce ingredi vias vite non formidant. Ipsi sunt & discipuli & magistri. Non sufficit hoc: etiam coaceruant sibi discipulos, cæci duces cæcorum. Quam multi ex hoc à recto tramite periculose aberrasse comperti sunt! Ignorantes astutias satanae, & cogitationes ipsius; factum est, ut qui spiritu coeperant, carne consummarentur, abducti turpiter, lapsi damnabiliter. Ergo discipuli Eliseo, Veni ergo & tu cum servis tuis: ajunt. Quid ille? Ego veniam; respondit. Noluit ductus zelo observantia, oves mittere in pascua sine custode. Ego veniam. Singularis stylus! Ego ibo videbatur votis congruum, promittens exitum: Veniamque dicit, dum egredi è cella spondet, in gressum perfectionem, dum egreditur propter discipulorum necessitatem: igitur Monachus, dum urgetur exire; non debet cogitare etiam egrediens, exire, sed reverti. Eundo non ijsse narratur: taceat quod supponitur; quia quamvis foras processit, quasi è cella non existisset. Cum illis Eliseus vadit, & egrediens simul venit. Stellæ adinstar est: moventur & stat: servatque in exitu perfectionis ordinem; quia tantum exivit, ut illorum levaret necessitatem. Vadit, & venit. Manere non cupit, ubi vadit. Vadit ut necessitati provideat, nequaquam ut ibi sedeat: venireque dicitur,*

ubi extra cellam egreditur; siquidem egrediens necessitati præliturus auxilium, abfuit à cella quantum necessitati necessarium. Sic vestigia non moventur, etsi in egressu moveantur. Vadit corpus, manet animas: & venit etiam dum vadit, ubi quod vadit non hæret: igitur in mansione perfectio gressus, quantum necesse, & non amplius.

12 Modus in huiusmodi exitu videtur imitandus in Salvatore N. Comprimebatur à turba; cum eius tactu vestis, sanata est ab ægitudine femina. Tunc ille: *Quis me tetigit?* Inquit: *Ego novi virtutem de me exivisse.* En perfectionis exemplar, atque virtutis Monachorum iubar: igitur mirificè ponit in sæculo pedem, quisquis existit cognoscitur per virtutem. Necesse est, inter sæculares Monachum premis; dum agrè fert, etiam leviter à sæculo tangi: tuncque miracula facit, quia sic procedit: equidem illius in exitu non cognoscitur exitus, sed in exitu corporis reclusa virtus. Malus exitus in pernicem invenitur, quando qui egreditur, morbos non sanat; sed exiit ut vulneretur: Christusque docet, quomodo procedendum, dum corpore, non mente Monachus deserit claustrum: etenim tunc in exitu eius virtus splendet; si sanat quibus occurrat. *Ego novi, virtutem de me exivisse.* Perfectus in eo processiois gressus, qui è claustris exiens manet in illis reclusus. Virtutis ad sanandos occurrentes processio, tunc exiit; ceterum manet in Christo. Motus in exitum quasi non motus, dum ille absens in præsentia turba, obijcens Monachis modum, quo imbuti tuto procedant in sæculum: igitur mirum, cum virtus ab illo existisset; quod quasi non exiens virtus in illo maneret. Symbolum dilucefcit in Seraphinis stantibus & volantibus in præsentia Numinis; quin remitterent in motum alas, estò foris clamaret Vatis necessitas; uti diximus Tom. 6. T. 5. D. 3. à n. 3. Throno ergo sistant, quasi inde ad proximi necessitatem, vel necessitudinem non moventur. Verum pendet. *Volabit (inquit) ad me unus de Seraphim.*

Luc. 8. 46.

Felix exiit, quod egrediens cognoscitur virtutis.

Isai. 6. 6.

Verf. 6.

Haud facile deest virtutis exitus.

In exitum non cognoscitur exitus, sed in exitu corporis reclusa virtus. Malus exitus in pernicem invenitur, quando qui egreditur, morbos non sanat; sed exiit ut vulneretur: Christusque docet, quomodo procedendum, dum corpore, non mente Monachus deserit claustrum: etenim tunc in exitu eius virtus splendet; si sanat quibus occurrat. *Ego novi, virtutem de me exivisse.* Perfectus in eo processiois gressus, qui è claustris exiens manet in illis reclusus. Virtutis ad sanandos occurrentes processio, tunc exiit; ceterum manet in Christo. Motus in exitum quasi non motus, dum ille absens in præsentia turba, obijcens Monachis modum, quo imbuti tuto procedant in sæculum: igitur mirum, cum virtus ab illo existisset; quod quasi non exiens virtus in illo maneret. Symbolum dilucefcit in Seraphinis stantibus & volantibus in præsentia Numinis; quin remitterent in motum alas, estò foris clamaret Vatis necessitas; uti diximus Tom. 6. T. 5. D. 3. à n. 3. Throno ergo sistant, quasi inde ad proximi necessitatem, vel necessitudinem non moventur. Verum pendet. *Volabit (inquit) ad me unus de Seraphim.* In subsidium necessitas Vatis clamat: & unus dumtaxat ad illam & illum volat? Uti- que, & in exemplum, ne relinquamus ex facili chorum, Quorsum duorum exitus, si in auxilium ærumnæ sufficit unus? Ille alius in choro cum egrediente ob charitatem exiit; & qui exiit; egrediens in choro manet. Sic igitur moventur charitatis flamma; ut pedum in exitu nec ulla appareant vestigia.

13 Etiam inest alia in exitu virtus, qua perficiuntur Monachorum gressus; quam si-

figent meditante Benedictus. *Revertentes autem de via* (infit Regul. Sancti. cap. 67.) *petant orationem propter excessus, ne quid forte subreperit in via visus, aut auditus male rei, aut otiosi sermonis. Nec presumat quisquam alius referre quacumque extra Monasterium viderit, aut audiverit, quia plurima destructio est. Destructionem videlicet apud Bonaventur. in Specul. p. 2. cap. 5. Damiani, Opusc. 49. cap. 10. Hugon. Victorin. de Claust. anim. cap. 11. Scribani, in Medic. Religios. lib. 3. cap. 8. 24. & 29. corruptelamque etiam subodoratus est Plutarch. libellis de Curiositat. & Garulitat. Præ cunctis acu tangit causam lib. 4. Institut. p. 3. cap. 6. Humbertus, iniquiens: Qui ad claustrum rumores seculares afferunt, mundum quodam modo in claustrum introducunt, & faciunt reminisci que oportet oblivisci. Vestigium enim videtur, quippe occurrit signum, quod a pede relinquatur: & dam vanitatis a curiositate ingeruntur species;*

Suberunt præse vestigia fraudis. In rem apposite (etiam alio) Curtius, Hist. Alex. 10. cap. 7. Nec velle, nec nolle, quidquam diu poterant: penitebatque modo consilij, modo penitentia. Interuntur femina prava fragili pectori, quæ fovetur fecunda cogitatione. Dulcedine cantus, impellit pectus, resonantibus symphonicæ modulationibus in aure; quia semel audita. Ita (infit Tertullian. de Penitentia cap. 5. quæ quidem regeuntur à Salvia. de Providentia, lib. 5.) qui per delictorum penitentiam instigatur Domino satisfacere, satisfacit diabolo per aliam penitentiam penitentiam. Hæcine musica parer Sirenium, ut trahantur in quod fuerunt, periculum. Unde tota Monastica disciplina destruitur, forma enervatur; simulque pereunt, & qui dicunt, & qui volupè audiunt.

Hæc femina Monachis à diabolo inferuntur, ut labatur pes eorum. Emareciscit Monasterij virtus: igitur tunc Deus videbit, quod infirmata sit manus. Verum unde? Clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Si qui clausi deficiunt; unde residui, ut cum illis consumantur? Defecerunt, quia non clausi. Clausi residui. Quomodo simul consumpti & qui clausi & qui non clausi? Objicitur destructio Monachorum, non obervantium clausuram; & clausorum per non clausos corruptelam: igitur hi minime sæculi exponerentur periculis, ni illi gyrovagi egredierentur à claustris. Dum sine causa in sæculum exeunt;

seculum in Monasteria introducunt, clausis narantes mundi ludicra, phantastica vana, quæ excedo viderunt, atque vidisse gloriantur; quæ clausorum prout corda, ut videant quæ ab illis visa, dominatrice sæculi festiva recordatione, indicat pularim penitentia penitentia: & quia clausi defecerunt, aviditate qui residui consumantur; quippequam relaxantur intra clausuram, non clausorum audientes sæculi formâ. Pulveri tormentario mittitur ignis; & conditione fulminis, nisi post stragem & excidium, non cognoscitur incendium. Exeuntes non perscrutant vestigia sua, quoniam exitus manent in perdicionem vestigia nocua; narantes quæ audiverunt & viderunt in scandala sociorum, in curiositatis pruriginem, in virtutis fraudem, in vitiorum fomitem; dulci veneno, ut aboleatur in perfectionem vocatio: etenim qui clausi, ab huiusmodi serpentibus essent innoxii; ni in exterminium defecissent clausi.

Horum omnium (infit Senec. Epist. 123.) sermo vitandus est. Hi sunt qui vitia tradunt, & alio aliunde transferunt. Pessimum genus videbatur, qui verba gestarent: sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo vitium nocet; nam etiam si non statim offit; femina in animo reliquit, sequiturque nos, etiam cum ab illis à secesserimus, resurrectorum præstet malum. Ideo claudenda sunt aures malis vocibus, & quidem primis: nam cum initium fecerunt, admissæque sunt, plus audiunt. Si exierint, ut revertentur, non nocent eorum verba; quippe haud valent referri, quæ non visa. Qui è claustris egrediuntur, sese debent gerere, ut Sol in agritudine Ezechie: reliquit retrò actus cursum, ut videret ad sanitatem agrotum; sed postquam vidit; regressus in conaturalem cursum. Hic Solis ordo, & splendoris perfectio. Etiam in cursu interdum celsipim patitur, dum aliquid interponitur: ut dicant splendorem amitti, quavis interpositione: etenim ne in splendorem cursu sit obstaculum; quicquid obscurat fugiendum. Sol & Luna deliquitum habent. Quæcumque interponantur, stellis non nocent. Sunt altiotes Planetis; & cum plus recedant ab ambitu infimi orbis, immunes existunt ab obscuritate pulveris. Sederit turò in cœli ar firmamentis claustris, & à terrenis eximit immensa ele-

varionis magnitudo. Quid ad Monachos, uti ait Damiani, d. Quanti sal veneat? Si nuper transfretantes, adhib applicuerunt naves? O curas hominum! O quantum est in rebus inane!

Quæ inania magis percussa tinnunt. Signum percussus est sonus; percussioque indicat vulnus. Hinc Monachi intra septa includuntur, ne percussus vulnerentur. In ornatu mensæ sacra dicit Dominus Moyssi: Faciet illi labium aureum per circuitum: & ipsi labio coronam intra selem, & super illam coronam aureolam. Hebr. & Malucl. Facies ei clausuram per circuitum, & facies cineturam clausura. In circuitu non solum est corona, sed etiam clausura clausura. Ecce speculum Monachorum intra claustrum, ut sit in coronam clausura clausura per circuitum. Una clausura, ne sæculum ingrediatur: altera clausura, ne ingrediatur quicquam cum his qui exierint in sæculum. Etiam hi vitandi in clausura, quia nocent labia, & verbis gestantur vitia: unde ut studeant professionis; & est clausura, & clausura clausura: etenim si sæculo, ne ingrediatur, clauditur ostium; quoniam serpit periculum etiam interius claudendum. Mundus ostendit vafre & latenter opus; sed vel dulciter lactans, arcetur clausura mundus. Turpius eijcitur, quam non admittitur, quod semel ingreditur; quod nequit expelli: & quod expelli nequit, ut possit comprimi, claustris septo additur claustrum; quoniam ne nocet, mundi expulsi neque verbum. Ita enim vitæ Monastica obtinetur perfectio; ne qui mundo crucifixi, crucifigantur à mundo. Hic eminet virtutis moles, quæ (ut canit Claudian. 2. de Rapt. Proserp. vers. 299.

— Aeternis mortalia separat aëtris.

Claustrum. Didascaliam II. Veritas numquam latet, semperque vincit. Periculum veritatis ante oculos qui conspicitur, exponitur, cui mendacium coloribus ad speciem insidiatur; ut possit regnum actu occupare rationis, apparentia philocofina ex colore veritatis. Verum cum præsto sit claritas rationali cognitione; dumtaxat fallitur, cui placet falli. Nihil simulatio proficit (in-

quid Senec. Epist. 79.) paucis imponit leviter extrinsecus inducitur facies. Veritas in omnem partem sui semper. Que decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium; pellucet, si diligenter inspexeris. Nulla virtus latet; & latuisse, non ipsius est damnum. Veniet qui conditam & sæculi sui malignitate compressam, dies publicet. Eructur lacerata, sed sine corruptela à se ne Saturno, veritatis synchrono; quin moriatur tradita morti; quippe ad tempus servatur, & à tempore: etenim cognoscuntur observantes vanitates supervacue. Quid ad veritatis cordolium, quod non verum; sed totum pictum & fictum? Horat. 1. Epist. 16. à v. 36. Falsus honor iuvat, & mædæ infania terret quem nisi mendosum & mendacem? Vir bonus est quis? Quid, si clamet furem, neget esse pudicum? Mordax approbrijs falsis, mutemq; colores? Quasi qui apprehendit umbram & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia: dicit Sirachus. Sæpe testimonium expositi, modò novo delicatior acuminae. Accidit huiusmodi articulus inquirenti in umbra corpus: nimirum verum, quod mendacium, iuxta intentionis prolium; parum affecto corde, quod sæpe delatorem malignitate. Sese fugiunt mutuo veritas & mendacium. Veritas à facie hominis, mendacium à facie veritatis; quæ quidem, ut ait, Advers. Valentian. Tertullian. cap. 2. Nihil veritas erubescit, nisi solummodò ascondi: econtrâ mendacium manifestari; quippe cognita erubescit: equidem cum mendacium veritatis umbram habeat, rationalisque veritatem tamquam cognatam requirat; ægrè fert esse delusum, per falsitatis embolium; quippequam ambiens veritatis pulchritudinem; invenit umbram, sed nequaquam veritatem. In propositum penitentiæ scutemur. Sæpe qui probi apud Principes male audiunt, quia fufurrones umbra veritatis mendacia pingunt. Sæpissimè imposturis datur fides, eò quod tantum inspicitur colores. Succensent, quia specie apparent; at ubi præ veritate color sedulo cluitur; apprehenditur umbra, qua nihil apprehenditur: equidem sine veritatis umbra, videntur vera mendacia. Non dicitur, Qui persequitur ventum, sed Qui persequitur ventum. Qui persequitur, attendit ad mendacia visa: qui persequitur cognoscit clarè mendacia. Ventus est aëris motus, atque impulsus flatus; sine quo respirare non possunt delatores, concinnantes imposturis falsitate,

Imò cap. 1. sumptur.

Quanta ex illa malat

Cautio Atque cu ingredit tibus ad yta claus tri, obreptat ali quid leni.

Senecæ

Est sermo vitium lentus.

Isai 38: 8.

Et vana curiositas.

Damiani. Perf. 1. v. 1. Exod. 35. 22. 24. Hebr.

Cautio Atque cu ingredit tibus ad yta claus tri, obreptat ali quid leni.

Senecæ. Est sermo vitium lentus.

Claustrum.

Didascaliam II.

Veritas numquam latet, semperque vincit.

Periculum veritatis ante oculos qui conspicitur, exponitur, cui mendacium coloribus ad speciem insidiatur; ut possit regnum actu occupare rationis, apparentia philocofina ex colore veritatis. Verum cum præsto sit claritas rationali cognitione; dumtaxat fallitur, cui placet falli. Nihil simulatio proficit (in-

quit Senec. Epist. 79.) paucis imponit leviter extrinsecus inducitur facies. Veritas in omnem partem sui semper. Que decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium; pellucet, si diligenter inspexeris. Nulla virtus latet; & latuisse, non ipsius est damnum. Veniet qui conditam & sæculi sui malignitate compressam, dies publicet. Eructur lacerata, sed sine corruptela à se ne Saturno, veritatis synchrono; quin moriatur tradita morti; quippe ad tempus servatur, & à tempore: etenim cognoscuntur observantes vanitates supervacue. Quid ad veritatis cordolium, quod non verum; sed totum pictum & fictum? Horat. 1. Epist. 16. à v. 36. Falsus honor iuvat, & mædæ infania terret quem nisi mendosum & mendacem? Vir bonus est quis? Quid, si clamet furem, neget esse pudicum? Mordax approbrijs falsis, mutemq; colores? Quasi qui apprehendit umbram & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia: dicit Sirachus. Sæpe testimonium expositi, modò novo delicatior acuminae. Accidit huiusmodi articulus inquirenti in umbra corpus: nimirum verum, quod mendacium, iuxta intentionis prolium; parum affecto corde, quod sæpe delatorem malignitate. Sese fugiunt mutuo veritas & mendacium. Veritas à facie hominis, mendacium à facie veritatis; quæ quidem, ut ait, Advers. Valentian. Tertullian. cap. 2. Nihil veritas erubescit, nisi solummodò ascondi: econtrâ mendacium manifestari; quippe cognita erubescit: equidem cum mendacium veritatis umbram habeat, rationalisque veritatem tamquam cognatam requirat; ægrè fert esse delusum, per falsitatis embolium; quippequam ambiens veritatis pulchritudinem; invenit umbram, sed nequaquam veritatem. In propositum penitentiæ scutemur. Sæpe qui probi apud Principes male audiunt, quia fufurrones umbra veritatis mendacia pingunt. Sæpissimè imposturis datur fides, eò quod tantum inspicitur colores. Succensent, quia specie apparent; at ubi præ veritate color sedulo cluitur; apprehenditur umbra, qua nihil apprehenditur: equidem sine veritatis umbra, videntur vera mendacia. Non dicitur, Qui persequitur ventum, sed Qui persequitur ventum. Qui persequitur, attendit ad mendacia visa: qui persequitur cognoscit clarè mendacia. Ventus est aëris motus, atque impulsus flatus; sine quo respirare non possunt delatores, concinnantes imposturis falsitate,

Senecæ

Horat.

Ecclesi. 34. 2.

Tertul.

Ægrè fertur à mendaciis illudi.

tes, comentes artificis mendacia; ut non appareant quæ mendacia visa: & quamvis coloratum, mendacium cognitum; si rumoris persequitur audiens, & ventum, motum & statum. Cognoscitur umbra, maligna ex coloribus veritatis apparentia quiescitur audientis Principis pectus; quia si non flatus, non motus; nullusque aude pingere ad mendacium veritatis speciem; si cognoscit, ab audiente tonare perfectionem. Denique, Mendacium occultè gliscit. Si cognoscitur, aut videtur, evanescit. Non enim manet color, cui non est pudor. Ingredditur veritas, & eius dissipatur auctoritas. Nec umbra remanet phantastici corporis ex præsentia veritatis: equidem non videntur quæ attenta præ coloribus mendacia; quippequam mendacia visa. Hinc horum symbolum Attagende qua Plin. lib. 10. cap. 48. Ravif. Textor. 7. Offic. cap. 42. & Domit. Calderin. in *Martial. Epigr. 37. lib. 2.* ait: *Avis, qua cum soleat canere, capta obmutescit.* Haud aliter rumigerulus canit, ceterum captus, turbatus est, nec locutus. De execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione: in ira consummationis & non erunt. Delictum oris eorum sermonem laborum ipsorum & comprehendantur in superbia sua. Quomodo susurriones non erunt, dum ita nocentes vivunt? In mendacijs comprehenduntur. Cognoscitur delictum laborum. Unde cum odiosum sit mendacium; qui caneant adiuntur atque gnis, ut comprehensum neque hifcunt. Sic non erunt? Uti que. Sicine mendacia annunciantur in consummatione: igitur cum comprehensum nil loquantur; sine delationibus, neque rumusculis pereant. Degunt enim (ut hic canit Crucius)

Mendacij non turbatur qui delatores persequitur.

Calderin. Cur at- tageni mendaces similes.

Plalm. 58 a 23.

Cur pe- veunt, si no loquas ce?

Crucius

Ovven.

*Ob lingua tumidum pestifera scelus,  
Dolis irrita callidis,  
Et Veri rupta vincula fraudibus.*  
3 In aere & luce exponit Ovvenus conditionem argumenti. Ita ergo canit lib. 4. Epigram. 116.  
*Sit corpus quamvis, oculo non cernitur aer:  
Lux corpus non est, cernitur illa tamen.*  
Patet quale hominis frequens iudicium erga puram veritatem, & commentitium artificiosè mendacium; instructum ab aere susurrionis, coloribus veritatis, ut invisibilis veritas, & insignis dotibus viri cadat auctoritas: qua quidem ita comitur astu, ita perpolitur dolo, ita repumicatur & cultu, pectoris astu; ut mendacium sine ulla tergiversatione credatur: quippequam adintra aeris ubique gentium vagatur, sed non videtur. In dedecus honoris, etiam

quod visum, fidei debet esse suspensum; ut claret in virga, quæ in perfecta rectitudine; & obijcitur obliqua quæ reverberatione. Unde Petronius *Satyric. Carm. 25.* accinit:  
*Fallunt nos oculi, vagique sensus  
Oppressa ratione mentitur:  
Nam turris propè quæ quadrata surgit,  
Adtritis procul angulis rotatur.*

Claret etiam in speculo, quo non est corpus, sed dumtaxat corporis similitudo; sicut in corpore Iridis, ubi etiam lucis fulsi colores; de quo fusè Seneca. 1. *Natural. q.* à cap. 5. In mendacio, veritatis apparentes colores; verum colores asfocij veritatis, malignitate fidi, dum veritati detrahitur; ut qui quadratus, saltem specie rotetur: abscondita veritate, quoniam videtur à longè: patiturque qui dotibus commendabilis, quousque splendor appareat lucis; quoniam colores mendacij (quos detractoris status efformavit in dedecus) adveniente veritate, claret non habere corpus: imò virgam directionis in regimen, etiam per colores falsos conservare rectitudinem. Aer & lux conditione contrariantur; sicut mendacium & veritas opponuntur; quia hæc à luce, & illud ab aere: iureque fit similitudo, ubi veritatis & mendacij fit collatio; quippe veritas adintra lucis sine corpore conspicitur, mendaciumque tamquam àer, cum corpore non videtur. Unde si lux videtur aliquomodo obscuras; ab aere & in aera statu excitata procella. Hinc ut *Lucerna ardens, & lucens*, Baptista splendet; cui veritas nocuit: hæcque etiam proprie lucerne ardenti confertur; quia eius splendor læpæpissus flatus extinguitur. Coloribus ne cognoscatur, obumbratur veritas, tuncque in tenebras detruditur eius claritas; quoniam minimè cognoscitur per splendendam vestem, sed tantum per nuditatem.

4 Si veritatem dico vobis (alloquitur conventum malignantium Salvator, ut exuteretur mendax adamatus error) quare non creditis mihi? Quidni, Quare non creditis veritati, quæ digna fide? Non intellexit inimicorum malignitas. Idem fuit. Ipse profectò erat Veritas; quam obsecrati noluerunt intelligere, pro veritate persistentes in errore. Bene dicimus nos. Perpetram erroris fedebit pectori dolor; ubi pro veritate cordis colitur error, Veritas sanè non creditur, quinimò faxis rejicitur. Veritas ergo tunc quid? *Cum exaltaveritis Filium domini, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Dum crucifixus? Ita ferrè in cognitionem veritatis cursus; igitur si aliquando veritas cognita; semper

Haud facile dedit cori danda fides.

Petronius

Cur veritas & mendacium confertur aeris & lucis

Ioã. 8. 46.

Non facile corripitur, à quo dicitur ligatur error.

Verf. 48.

Verf. 28.

Veritatis labor.

Math 27. 15.

Peuon

Cognoscitur, si natus.

Iuvenal Satyr. 5. v. 7.

Veritas cum Infitia, & cur dicitur Virgo

Virgil.

Plal. 61. 20.

Imago Infitie.

Hypocritat.

pèr postquam crucifixa. Non mirum propter vexamen, quod fugiat hominum cognitionem. Veritas tunc non solum non audita, sed cruce clavus suspensa. Postquam autem crucifixerunt; *diviserunt vestimenta eius*: dicit Mattheus. Quorsum Christi nuditas divilis vestibus inter milites, cum exaltatione super chromum crucis? Ut veritati esset fides. Nudus in lignum ascendit; & quis esset vel incredulus cognovit; quoniam vel ab inimicis clarè cognita, statim ac visa nuda. Crucifixerunt, quippe dolores frequenter individui comites veritatis. Dum per illam fibant miracula, erat suspensa. Quia non cognoverant vel prodigijs veritatem, destinant in crucem: & sublatis vestimentis, tunc cognoscitur, quippe veritas tunc videtur, quam nudatur. Manus inimici famulatae sunt Salvatori, cum imponebant cruci. Nesciunt quid faciunt, quando veritatem crucifigunt. Nudant, sed simul exaltant; igitur per nuditatem, ad fidem veritas obtinet exaltationem. Cedit luci improba, incredula mens, quia cognoscitur quid sit: pungente pectora ponitudine, ex cognitionis errore; siquidem præ veritate cordiolium, dum arbitrabantur cæci crucifigere mendacium. Damnum mendax animus sibi nutrit;

—Cum solos credat habendos  
Esse Deos, quos ipse colit.

5 Cum iustitia rapta Veritas in cœlum, dictaque Virgo: qua de causa non invenitur in mundo, nec vifitabilis; quia veritas usque ad nubes. Ibi quia ultima discessit, Iustitia à love locum poposcit; qui sub nomine *Librae* inter alia collocavit, quin alium invenit in eius splendore, nisi inter *Scorpionem* & Veritatem *Virginem*. Unde Virgil. 1. *Georgic. à v. 33.* accinit:  
*Qua locus Erigone, inter cœlasque sequentes  
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit  
ardens*

*Scorpius, & cœli iusta plus parte reliquit.*  
Multoties homines permutant loca Signorum iuxta affectum vel fastidium ad prolium voluntatis, quia mendaces filij hominum in stateris: igitur librant tamquam veritatem, sputum per scorpionem; atque scorpj virulentiam, veritatem signant puram: qui quidem sensus in statera iustitia non habet pondus, neque momentum ad libramen in cœlo; quia iudicium fit sine rationis iudicio. Hinc sedet in medio iustitia, & cum statera: etenim huiusmodi iudicia, ne desinent à rationis amfisi, egent ad libram examine. *Veritas* (ait Hypocritas, *Epist. ad Philopenenem*) *& nuda & vera*

Tom. III. Taut.

ta, clara & obscura, nigra & alba, parva & magna. Hæc veritatis signata & amulstam contrarietates, variis in libra pectoris indicant inclinationes, præut regnat doli pravitas, vel morum integritas: igitur multavidentur oriri à Virgine Veritatis; & videntur uti virus à detractore scorpionis: qui officijs & embolijis introducit in mendacio veritatis speciem; ut possit sine pudore corrumpere veritatem. Ita iudiciorum libra; sed patet examine statera dolosa, & pondus atque pondus adversus integritatem veritatis; cum sint homines mendaces in stateris, quandoquidem quæ veritas nuda, signatur uti malitia velata: obscurus, clarior splendor: nigerrimus morum candor: meritaque parva, aut nulla, quæ merita magna; ut detractiois & delationis ingenio; nomine Virginis, ipuat venenum scorpj: igitur per detracta aut superposita; in statera alta exaltatur mendacia: quoniam cogitet molimen malignitatis, quod quicquid exaltatur, minoris ponderis. Errat in iudicio amfisi: & mendaciores sunt improbi in stateris; quoniam dolis colorant crimen, tamquam nudam veritatem; cum dicant imposture obscuritatem, splendoris charitadinis; & futelaram nigredinem, ingenuitatis candorem; simulque in dedecus medicatam fictionem, auctoritatis singularitatem magnitudinem; quæ iugulatur innocentia, vulneratur fama, atque scorpionis prævalent toxica: etenim ne veritatis ad verum pondus illanmet fulgor; calliditate malitiæ fit contradio potentior: impius namque prævalet adversus iustam, & ideo egreditur iudicium perverfium. Scorpj brachia non contrahit, sed adversus Virginem vel coram iustitia extendit; quia ad iudicium non fit libramen, nec pondus iuxta lancem veritatis, sed iuxta stateram in qua venena scorpionis. Quid mirum in statera dolosa adversus Veritatem denigrans lethale virus; si in iudicium rectum habet infelix scorpionem ad latus? Cedit enim mendaci statera Veritas, ubi serpens stera adurens, scorpj & diptas: & cum ampliore in propudium dedecore; quia videtur examen in librariæ iustitiæ: sed statera fallax, & pondus mendax: etenim scorpj non veritatis tribuitur; si in eius lance aliquid aliquatenus admittitur, vel etiam super imponitur.

6 Ideo veritas nuda atque pura virgo plauditur. Ubi ornatur; adornatur, & corrumpitur: equidem quom abest integritas veritatis, evanescit nomen Virginis. Veritas vel nulla, vel tota; quæ de causa ratio inter

Cur veritatis diffinitio ex contradi- tionibus

Arta ma ligni aut

Qualis Actura boni in ad cerb & iustis

Veritas vel tota, vel nulla.

homines inventa; quoniam varijs coloribus sutelarum, divinitate veritates à filijs hominum. Veritas consistit indivisibili, ut videtur in giobo penitus orbiculari. Globus puncto solummodò tangit planum, quod est veritatis symbolum: quam quidem in præceptis, & ruituram movet, quisquis à puncto impellit, in quo consistit. Ita delicata est conditionis, ut vigeat; quò qui totum non tangit, nihilum tangat: unde ad nihilum veritas infeliciter redigitur; quippe à puncto, quo subsistit removetur. Statera veritatis collocatur in tenore legis, ut consistat quanti veritas ponderis: dicitur quippe per Moysen oraculo Numinis: *Non addetis ad verbum quod vobis loquor; nec auferetis ex eo.* Nec citrà, nec ultra in enitate sermonis; ut observetur ad unquam lex veritatis atque veritas legis: igitur ad utriusque integritatem, ne eijciantur extra punctum; neque verbum. In statera sunt: quodlibet verbum extra propositum est, vel pondere levitatis, vel levitate ponderis, sublimando, aut deprimito, cum debeat esse tenor in æquilibrio: addique vel demi verbum merito prohibuit; quia quo parvi momenti, movetur hinc inde statera momentum; & dum nutat aut vacillat ponderis stylus, nec lex nec veritas habent ad pondera pondus.

7 Cum lege veritas etiam dicitur cithara, cuius fides apta verba: equidem ex utraque audiuntur voces citharizantium in citharis suis. Verum quid quòd citharæ legis & veritatis addatur vel supprimatur aliquid vocis? Quanti ergo ad tenorem leve verbum? Profectò multum: equidem in utraque deficit consonantia; sicut citharæ harmonica musica; dum deest, vel additur corda: horrescitque auris ad sonum, quando frigidus, aut fragor, quod delictum: destructa cithara veritatis in mulcimen aurium & modulamen; quippequam soni voces extra legem. Falso locutos amicos dicit & querulus lobus. Unde illorum in vocibus falsitas, quæ iuxta sensus videbitur veritas? Falsitate vocum, nec ad sensus veritatis habebant sensum. *Detraxisistis* (ait) *sermonibus veritatis: ad increpandum tantum eloquia concinnatis. In ventum verba profertis.* Iam vocibus veritatis detrahitur, iam aliquid ad consonantiam imponitur. Modò citharæ chorda deficit, modò fidicen superfluum addit. Ut integer sit veritatis sonus; in illa & cithara nec plus, nec minus: & cum musica acordis ex veritate, in puncto subsistat indivisibili; dum aliquid, eloquium detrahit, vel arte super

Car. si. unius glo. bu. perso. bus.

Deut. 4. 2.

Et staterat.

Ecclib. 10.

Lex. lym. quare. 16. seriu. 5.

Iob. 6. 25.

Extra ve. rum. so. lum. sai. jum.

imponit; veritatem & musicam omninò destruit: igitur quicquid apsectum, vel detractum; extra verum: & quicquid extra veritatem, totum falsum. Melius Sousa hic:

— *In cassum sermonibus ipsi detrahitis, eloqui rapidis ludibria ventis.* *Hæc autem in mores tantum componit ure.*

8 Componunt & sinu detrahunt, dum sermones frequenter conferuntur. Auditur casu vel proposito volatile sed irrevocabile verbum; & in audientium citharæ quod melodum, sonat dissonum. Unde? Ex conceptæ sententiæ varietate: iam non veritatis forma, ubi mutantur voces in citharæ malignisque hæc musica suavior & auri & cordi; quoniam mutatis fidibus voces false: etenim cum eorum studium sit in varios sensus perturbatio in commutatione vocum; ut deleat in harmoniam artificium, comminiscuntur falsitate voculas; deficitque tactis fidibus veritas: nam offendit & verberat aures, quæ vox dulcis; quippequam non profertur ut audita, sed præter prolata. Vigilantius nostris dialectis. *Se cantia en falsete: si gustas hæc orejas de estas falsus; qualquier voz causa harmonia, si se pone al barpa.* Dicit, cap. 1. Advers. Valentin. Tertull. *Per ambiguitatis bilingues communem fidem adfirmant;* quin addendo vel minuendo iniuriam veritatis agnoscant: & falluntur, dum fallunt; verbum torquentes in oppositum sensum: etenim cum veritas in puncto uti indivisibilis consistat, ibique floreat; modò malignè additione aut detractioe removetur à puncto, erit absudbiò impostura, vel detractio. Malignis videtur ducendum parvi, mutare verba; minoris, littera; quasi per bilingues ambiguitates, nulla sententiæ detraheretur fides. Per effectum pater damnam. Pende. *Eliam vocat isse:* dixerunt maligni, dum *Eli Eli* clamans præ dolore ad Patrem, protulit Christus de cruce. Ferrè in conventu malignantium, viget usus flectendi voces ad sensum. Virtus Salvatoris erat, recurrere pro auxilio ad Patrem, vehementiorem sustinentis crucis tribulationem. Blasphemia autem, Creatorem hominem invocare in auxilium: claretque quantum in audientibus scandalum; quoniam quod eximia virtus, ælimatum ut blasphemiam; in voce loquentis superaddita syllabâ. Quid si verba? Loquitur veritatem, qui solum non agit in lingua sua: dolumque profert & non verbum prolatur; quisquis vocem retorquet in alium sensum: igitur cum verba conceptum intel-

Sous.

Studium malignitium mutare sensus verbo rum.

Tertul.

Matth. 27. 46.

Quanta ex mutati. tium. 18. crimina, quàm di. serimina

lectionis sint signa; mutato sensu verborum, ipsamet veritas carpitur uti mendacium.

9 Veritatem incredulis, ut converterentur ad cor propter eius beatitudinem, exponebat Iesus; illisque dixit: *Siquis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* Mota est illicò contrariorum bilis; gloriantium, quasi mendaciam videretur species: unde lætabundi coram irreverenter perfrictâ fronte, dixere: *Nunc cognovimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, &c.* Verum dicunt. Unde ergo totum mendacium? Aliò reñsus sensus verborum. Christus loquebatur de æterna morte: ille intellexerunt de temporal. Haud veritas intellecta, nam eius sensus immutatus à malitia: & cum sensus idem dicentis, sit punctum, in quo essentia perseverat veritatis; in ore illorum veritas erat mendacium; quippe pravâ intelligentiâ eius retorserunt sentium. Elucet in verbis signum: pervertitur à malignitate signatum: qua tribuitur uti falsitatis ignominia, quod debuit veritatis decori: igitur verba eius exposita per malitiam, habebant in falsitatem diversam intelligentiam. In eodem verbo erat veritas & falsitas. Veritas, quippe dicta à Salvatore, Falsitas, quoniam aliter ab eorum malignitate: evanuitque in mendacium tota veritatis auctoritas; quippe non dicebant voces eodem in sensu, quo protulerat veritas. Abundabant proprio sensu, iudicantes ex abrupto, expro damno, ex prava intelligentiâ verborum, qua signabant tumentes in veritate mendacium; vulnerantes Christi famam, in doctrinæ coelestis ignominiam: siquidem præter ille dixit erant verba vitæ æternæ ac veritatis; & præter illi intelligebant, erant dæmonium habentis.

Tom. 8. 31.

Suummâ malitia, sensus altus pravitatis in intelligentia.

1. Cor. 14. 10.

Hilar.

fectionem. Primum est defectus corporis postremum, dedecus mentis. Hoc in intelligentiæ forma: illud autem in materia: qua de causa si in sensibilia perfectus sensus est necessarius; ad rationalia debet haberi sensus perfectus: equidem ne veritas conciperetur in mendacium, intelligere ac recitare congruit sensum verborum. Qui myops, non habet sensus perfectam integritatem. Qui malignus, non habet in sensibus perfectionem. Parturit verba, præter conceperat malitia: efformaturque mendacium & adversus veritatem; quia profertur verba sine sensu; iuxta sensus conceptionem: perfectioque in sensibus est habenda, quin exprimat interpretatio maligna; ne quæ pura & intemerata veritas, sit intelligentiæ pravitas: quandoquidem in sensibus erit perfectionis ornatus; ubi nullus alius; nisi qui verborum sensus. Hinc in sensibus debent perfecti, esse parvuli; non pueri. Pueri sine plena intelligentiâ loquuntur. Parvuli, uti infantes non intelligunt: rejciunturque pueri verba non perfecte constructes, & in imitationem veritatis exponuntur infantes; quoniam in sensu falsitatis suspicio, ubi non perfecta ratio: & ubi non ratio ad discretionis usum; in parvulis neque verbum. Denique. Ad veritatem verborum, debet habere perfectum sensum, qui dicit: sensus perfectionem, qui audit: etenim utrumque imperfectum est; modò verba non sicut, uti concipiuntur, vel non concipiuntur uti sunt: igitur in primo erit defectus intelligentiæ; & in alio profectò abundantia malitia. Ex duobus iunctis extremis, prædiè monstrôsa; ambigua sententia in labijs; qua cogitationes vagæ, ex diversa conceptione: & propter veritatem exulare debent sensuum imperfectio; ne sint per sensus diversos horrida monstruositates: etenim si maligni in pravum retorquent sensum; ipsa puraputa veritas erit falsum testimonium. Vide dicta *Tom. 5. T. 6. n. 40. & 7. T. 7. D. 5. n. 12.*

11 Hinc procedunt cum cæteris vitijs malevolentia & calumnia, quas pinxit suis coloribus Apelles, in quem illarum detonuit procellosa clades. *Sedet vir magnas habens aures* (ex Luciano refert Chartas. de Imagin. Deor. pagin. 311) *manum longe ille protendit accedenti Calumnie. Circum ipsum verò mulieres duæ, ignorantia scilicet, & suspicio: ex adverso Calumnia mulier ornata & pulchra; sed aspectu audens, & in iram ac rabiem concita; lævâ faciem accensam præferens, dextra adolescentem per-*

Ne quod erit sit mendacium, stat in sensu verborum.

Imago Calumnia.

10 *Nolite pueri effici sensibus* (ait Genium Doctor) *sed malitiâ parvuli estote: sensibus autem perfecti estote.* Erant sanè in sensibus omninò perfecti, si fuerint parvuli: equidem non audiunt quæ dicuntur ad malitiam; sed dumtaxat ad sensus intelligentiam. Nullum in verborum reflexionem habent usum; quippe ad sensus illorum non habent sensum. Non mentiuntur (inquit Hilarus in Matth. Canon. 18.) *dicentis credant, & quod audiunt, verum habent.* Unde in verbis veritatem audire, in sensusque varios studiosè torquere: non erit verborum intelligentia, sed flagitiosa peccoris malitia. Haud dicit Paulus, quòd sint perfectorum sensuum, indicans illorum inategritatem; sed rationalem in sensibus per-

Tom. VIII. Tant.

812

capillos trahere videbatur; qui manus ambas ad vultum tendebat, Superosque prote- stabatur. Procebat vir pallidus, impurus, acutè intuens: hic Livor. Pone dua alie mulieres erant, Calumniam dirigentes & adorantes: altera erat Invidia, altera Fraus. A tergo sequebatur Pœnitentia, Græcè Metanæa, pullas lacerasque vestes induta; qua retro caput insectans, stens & lugens pudore, venientem Veritatem excipere videbatur. Tunc formosa mulier, qua alteram fœdâ facie sinistra obstructio collo trahabat, & dextra cadebat fuisse; erat Iustitia, qua Injuriam male multabat. Elucet in huiusmodi speculo Calumnia & eiusdem comites, Invidia & fraudes, vexationes Invidiæ, artes iniuriæ; ut accusatus officijs & technis caderet, quousque pedetentim Veritas adveniret. In Pœnitentia videbatur virtus cum iudice largis auribus (etsi qui iudex futarris, rumfculis promptis auribus gaudet; insidiarum, fraudum, suspitionis, ignorantia & calumniarum non pœnitet) quippequam nonnumquam moliminibus arictat veritatem, per iustitiam atque virtutis speciem. Hinc Putiphar uxorem fraudem nimis credulus plausit; quia illa in argumentum fidei retentum pallium ostendit. Magnas ad iudicium, calumniæ embolij, & specie castitatis, aures habuit: crediditque uti verum, falsum testimonium, quoniam veritate artificiosè palliatum; cum cognoscere posset strophæ cogitatæ molimen, si removeret velamen. Iccircò adulescens in pictura capillis tractus, cœlum respicit, & ad illud pro auxilio manus extollit: dum technis calumnia struitur; causa frequenter capillis trahitur: in cœlumque dirigitur deprecatio, quia libertas solummodo potest venire de cœlo. Ita calumnia florebat sine obice: modò à iustitia plectitur ac percutitur fuste, atque pudefacta fugit. Veritas tandem apparuit: visaque veritate, in calumniam mendacium evanescit.

12 Ab ore Veritatis, quæ Christus Dominus, exibat gladius ex utraque parte acutus. Erat iudex in throno, gladioque accipite cum prudentia indicatur iudicis rectitudo; ut attentis personis, & circumstantijs, expeditio causarum sit discretio: etenim si gladius signat potestatem in correctionem excessuum subditorum; dum correptione vulnerat qui Præses educens gladium, duplicem aciem debet habere telam: alias minime prudentis, sed alba iudicabitur amulsis; si subditis omnibus eadem in vulnus exponitur acies. Vernacu-

Chartar

Et iustitia.

Gen. 19. 36.

Specie virtutis, copia ma lignatit

Apoc. 1. 16.

Quare correctio citbarz do censertur

le: En la correccion no son los mejores medios, llevar a todos por los mismos filos. Ad consonantiam regimini citharæ, chordæ non eiusdem soni, in prudentiæ methodum, cum discretione pulsantur & percipiuntur. Si intrassem valetudinarium exercitatus & sciens (inquit Senec. l. de Ira, cap. 16.) non idem imperassem omnibus, per diversa aegrotantibus. Diversi diversa valent medicamina morbis. Exit ex ore gladius & utraque parte acutus. Sæpe in tribunalia mendacium introducit, veritas tricis & plicis expellitur: iustitiæque gladium habet cum duplici acie; ut iuxta leges causæ dissolvantur iure: una, qua percutit mendacium in expulsiorem: altera ut protectione usque ad thronum introducat veritatem. Ergo in nostrum argumentum. Micat in ore Veritatis fulgidus ensis, dum sedet iudex ad causas in caduro tribunalis. Ut iustitia iuguletur, mendacium ingredi cupit: veritas gladium exponit. Unde cum visa veritate percussa fugiat, atque vulneri tæfecit; nec loqui quidem ictus formidine audet, quippe vox faucibus hæret. Dialecto nostrâ vividius: La mentira, quando la verdad saca la espada; por no mirarse berida, en cada passo se corta, sin adverte a hablar una palabra.

13 Lucas Contile (Emblematib. pagin. 121.) in Veritatis symbolum propercâ exposuit fulmen & speculum. Articulus elucet mendaciæ dissipationis, ad conspectum veritatis. Fulmen mortem ictibus advocat: speculum representat. Unde cum veritatis speculum objiciat imagine veritatis pictum mendacium; species fugit, & mendacium cum imagine evanescit: igitur etsi lateat in tenebris; redigitur ad nihilum ex fulmine veritatis. Basiliscus est: proprio interficitur aconito, si se respexerit in speculo: veritasque in exilium exierit acutum gladium; quia spiritu laborum interficitur impium. Dicit nostra Tautologia. Supplantans supplantabit. Idem, altu decipiet, strueta supplantatione; ut virtus eluceat etiam in larente veritate: supplantationemque in supplantatione Propheta designat; quippe calumniam veritas absque ulla supplantatione supplantat. Ut mendacium respicit, statim dissolvit: etenim mendaciæ lethale vulnus, mutans veritatis aspectus. Hinc olim ad tribunal dies dicebatur, ut ibi litigantes conferrentur: Iccircò Propheta Evangelicus dixit: Quis est, qui iudicat me? Stemus simul: quis est adversarius? Tutus etiam veritate, non formidabat

Senec.

Canoh.

Veritatis presentia ista atque vnta mē dacta.

Contil;

Car veritatis sym bolum, fulmen & speculum

Ierem. 4.

Isai. 50. 8.

DIDASCALIA III.

Salvatoris delictum, esse & adesse semper cum filijs hominum.

5. Cor. 4. 1. Mendacij vulnus, vnta mē dacta.

Senec.

Matth. 24. 26.

Exod. 21.

Isai. 11. 3.

Psal. 74. 3.

Veritatis tantum tempus ostendit.

Achill. Bocch.

bat Paulus ab humano die; quippe illuc mendaciæ & veritatis antistrophe fiebat apodosis (Nostrates: Careo) quidem cum destrueret in dissipatione ratio, quicquid mendacijs seminaverat opinio; in præsentia clarebat criminis falsitas, que videbatur ex accusatione veritas. Non fat negare, ut quilibet non sit pravus. Non fat asserere, ut aliquis condemnatur ut improbus. Dicatur dies in utriusque iudicium; mutuo se respiciant & veritas & mendacium: igitur que in absentia innocentis, prava lingua influxit accusationem; in conspectu veritatis trifulcum inveniet fulmen: & mendacium quod valuerat colore veritatis & specie, à tribunali recedet effrons & sine colore.

14 Solet multoties persillere in dedecus innocentie impotenter malignitas, maxime si fastidio cordis accedit auctoritas, & cum servili dependentia potestas. At quid inde? Triumphus reportabit veritas tandem tandem. Senec. in Troad. à v. 611. Nunc advoca astus anime, nunc fraudes, dolos, Et totum Ulyssem: veritas nunquam latet. Testes apfunt oculi. Possunt falli. Socij videntur Iesum, & nihilominus dixerunt: Phantasma est. Aures etiam exhibentur testes. Etiam falli possunt aures: ut visum in Iosue, qui voces lætantium, strepitum iudicavit armorum: Ululatum pugna auditur. Qui iudex rectus, non secundum visum oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Unde ergo relictis his testibus, fiet iudicium de veritate? Prorsum ex tempore. Cum accepero tempus (ait Iudex iustus) que factæ sensuum horum testimonio: Ego iustitias iudicabo. Auditus fertur vocibus, oculi coloribus specierum, imaginum varietatibus; quibus utitur mendacium, in cogitatum embolium: veritatisque fidem in verum iudicium tempori tradidit; quia verum quantumvis serò, t. m. p. dumtaxat ostendit. Mendacium instat. Instet: instantia propria distulavit. Pulverem tormentarium sibi tundit: & quàm furenter artifex excitat flammam, ipso mendaciæ artificio convertitur in favillas. Suffragatur Achill. Bocchius, Symbol. 114. Terebat in mortario Admixtum sulphur nitro & carbone saligno. Tunc excussa parva ferrei Pistilli incerto scintillula tēu est. Unde excitatum incendium Ingen. corripuit rutilatibus omnia flammis, Ipsumque opificem perditum.

Grè fertur vel absentia memoria, quoniam nonnumquam amoris nocera: igitur cum gaudia ex præsentia sint; amantium percussum eiusdem sagittis cor, plus gaudet de præsentia, quam de memoria: hac enim licet cogitationis sit gaudium, nullatenus gaudium plenum: studeatque toto corde deliciarum plenitudini, quam tantum nancisci valet in dilecti fruitione. Hinc quia splendor aliquando videtur, sed lumine non potitur; Sponsa genit corde, & pro memoriali in desiderio anime, pressa vel sollicita dicit; ut videtur fuisse apud Hermann. Hugon. lib. 3. Suspir. 10. v. 25. Si mihi siereis pateat vel rimula tectis, Non querar immites ætheris esse fores. Donec at hac captâ retinet ergastula mētem, Mens nequit agnati templa subire poli.

Memoria in amore, gaudium sed non plenum.

Herm. Hug.

Absentia nocera amoris.

Otha Zan.

Idem. Emb. 64.

Ovid. Chrysof. log.

Dilecti aspectum desiderat, qui vult amari.

Est de bono oprato facietas icium, ubi dumtaxat felicitatis memoria; quia cogitationis imagine, gaudium ex sola cogitatione. Unde illa alia apud Othonem Van. Amor. Emblem. 97. se inconsolabilis solabatur, dicens cordi: Menti mihi & presertim, licet absis corpore: mētem Te fruor & totos te gero mente dies. Me tua icium saltem satiabit imago. Sic homo pertransit in imagine, dum oculi negantur fruitioni; verum semper cum formidine, quippe absentis dicitur dolor, Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

2 Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vane sunt. Venit de cœlo, ut hominem oculis carnis videret; & videret ab homine. Illo veniente, absentia erit dilectis formidini? Est ingenium amoris, quo vel absens non abfit à dilectis. Non ut amantes faciet imago aut species; sed ut in specie aliena persistat corpore. Retorqueatur Profanus. 2. de Remedi. à v. 187. Tristes eris, si solus eris. Dominina relictâ Ante oculos facies stabit ut ipsa tuos.

Amor quod amat (inquit Chryfolog, ferm. 147.) non potest non videre. Quomodo credit à Deo se amari; cuius non meretur aspectum? Percutitur cor amantis, sagitta absentis; quippequam ab eius flamma ferri non valet absentia. Suos dilexerat Dominus, & usque